

Item fuisse, quin quaesierit, inspexerit, quod placitum sit, abstulerit.

Huc pertinet querela Salvatoris nostri de ingratitude mundi & Rhythmis Germanicis a quopiam expressa:

Gott unser Herr, so zu uns spricht:
 Ich bin Ewig, ihr sucht mich nicht;
 Ich bin Allmächtig, ihr fürcht mich nicht,
 Ich bin Barmherzig, ihr trauet mir nicht,
 Ich bin Wahrhaftig, ihr gläubet mir nicht,
 Ich bin Gerecht, ihr ehret mich nicht,
 Ich bin der Weg, ihr gehet mich nicht,
 Ich bin das Licht, ihr sehet mich nicht,
 Ich bin das Leben, ihr begehret mich nicht,
 Ich bin der Weise, ihr folget mir nicht,
 Ich bin ein Lehrer, ihr fraget mich nicht,
 Ich bin Reich, ihr bittet mich nicht,
 Ich bin Schön, ihr liebet mich nicht,
 Ich bin Edel, ihr dienet mir nicht,
 Werdet ihr nun verdammt, so verweist mirs nicht, &c.

CAPUT XXI.

EPANALEPSIS

est, cum idem sonus in initio & fine repetitur.
Latine dicitur Resumptio.

(Epanalepsis dicitur ab ἐπι ἀνά & λαμβάνω accipio, sumo, nimirum a 2. perf. præteriti vocis passivæ, λήψαι est ἐπανάληψις resumptio, vel ingeminatio, vel inclusio, vel complexio. Nominatur etiam κύκλος circulus ab Herimogene, cum periodus desinit in eo verbo, a quo incipit. Accipitur autem a Rhetoribus strictim, & speciatim de hac sola alterationis specie, per quam eadem dictio in principio & fine dictionis iteratur. Alias communi significatione cuilibet repetitionum generi vox hæc convenire potest. *Fabius Epanalepsin male inter tropos recenset lib. 8. c. 3.* quia 1. non est in una voce, sed in vocum integræ sententiæ sonis, nec 2. significationem vocis mutat, sed tantum Orationis schema informat.)

Modi

Modi ejus
 nus repetitur
 quam volunta
 (Hic idem so
 Hipp. 1. Illa erat
 parem cum caten
 oris non ad de
 Hic idem sonus e
 Vel 2. ead
 Multa super
 multa.

Pa
 Sola fides videt
 Obinet
 (Hic repetitur
 Vel 3. ead
 lib. 8. Epig. 2
 Phepbote, re
 Cziare

1. Differt
 mel tantum
 sonum repe
 2. Differt
 in principio
 similem son
 principio &

Plal. 8. v. 1
 nomen suum i
 calis.
 Vers. 2. &
 laudem, &c.

Modi ejus tres sunt. Vel enim 1. idem sonus repetitur, ut: *Saluti eorum potius consulam, quam voluntati. Verr. 4.*

(Hic idem sonus repetitur salutis, voluntatis. Sic *Philipp. 1. Illa erat vita, illa secunda fortuna. Libertate esse parem cum ceteris, principem dignitate. Catil. 1. Vivis & vivis non ad deponendam sed ad confirmandam audaciam. Hic idem sonus est in te & am.)*

Vel 2. eadem vox repetitur, ut: *Æneid. 1. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.*

Poëta Christianus ἀδελφῶν.

Sola fides audet tua munera poscere, Christe.

Obtinet hæc eadem munera sola fides.

(Hic repetuntur eadem voces munera & sola fides.)

Vel 3. eadem sententia, ut in illo **MARTIAL** lib. 8. *Epig. 21.*

Phosphore, redde diem, quid gaudia nostra moraris?

Cæsare venturo, phosphore, redde diem.

1. Differt a Symploce, quia Epanalepsis semel tantum in principio & semel in clausula sonum repetit: Symploce autem sæpius.

2. Differt ab Epanodo, quia Epanodos vel in principio & in medio, vel in medio & fine similem sonum repetit. Epanalepsis autem in principio & fine.

Exempla alia.

Psal. 8. v. 1. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra, qui posuisti gloriam tuam super caelos.

Verf. 2. Ex ore parvulorum & lactantium perfecisti tibi laudem, &c.

V. ult. *Domine Deus noster, quam admirabile est nomen
euum in universa terra,*

Pfal. 121. v. 7. *Dominus custodiat te ab omni malo, custo-
diat animam tuam Dominus.*

Rom. 15. v. 4. *Quaecunque præscepta sunt, in nostram do-
ctrinam præscepta sunt.*

I Cor. 10. v. 20. *Quae immolant gentes, Daemoniis im-
molant.*

I Cor. 14. v. 15. *Orabo spiritu, sed & mente orabo.
Psallam spiritu, sed & mente psallam.*

Mart. 9. Epigr. 99. *Rumpitur invidia, quod amamus,
quodque probamur:*

Rumpatur, quisquis rumpitur invidia.

Plaut. in Amphit. Act. 2. Sc. 2. *Virtus omnia in se habet,
omnia assunt bona, penes quem est virtus.*

Juven. Sat. 6. *Nil non permittis mulier sibi, turpe putas
nil.*

Idem Sat. 14. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecu-
nia crescit.*

Sedul. in hymno, in quo hujus figuræ exempla:

Sola fuit mulier, patuit qua janua lethi,

Ex qua vita redit, sola fuit mulier.

Ovid. 4. Fast. *Qui bibit inde, furit: procul hinc discedi-
te, queis est*

Cura bonæ mentis: qui bibit inde, fuerit.

Lib. 1. Amor. eleg. 9. *Militat omnis amans & habet sua
castra Cupido,*

Attice, crede mihi, militat omnis amans.

Cicer. pro Marc. *Vidimus tuam victoriam praliorum exi-
tu terminatam, gladium vagina vacuum in urbe non vi-
dimus.*

Id. Verrin 7. *Multi & graves doleres inventi, parentibus
& propinquis multi.*

CAPUT

1. E
est, cum idem
vel in medio
gressio.

(Dicitur Epano-
ad viam redit,
regreditur, idq
in principio & tu

2. Ejusmodi
nus iteratur,
non ut amico

(Hic idem son-
& in fine, in ro-

3. Vel 2. e
v. 15. 16. Cui
qui salvantur,
dem odor mon-
te ad vitam.

(Epanodos h
suum varietates
pro Cecin. Qu
nem sequi, qui
dignam non vi-
varietate, 1. e
nam. 3. turpen-

Rom. 3. v. 2

Justitia autem

Gal. 2. v. 16

bus legis, nisi

sum credimus

ribus legis, p-

omnis caro.